

proconsulem Africae extant rescripta Valentiniani a. 368—370 (cod. Theod. 12, 12, 6 cet., cf. Seeck Symm. p. XLVIII not. 153, a quo non recte dicitur Claudius Hermogenianus Caesarius, cf. supra N. 4447 not. 2). — 4) Τριπορ[τ]ιον videtur memorari in t. Asiano III S. 7049. Triporticus vocabulo utitur Augustin. quaest. in hepta-teuch. 2, 177 n. 22 circa fin. Atrium cum quadriporticum in t. christiano XIV 1944.

5557^a salvis ddd. nnn. | Constantino Aug. et | filiis eius Caess., | Volusius Venustus | v. c., corrector | Apul. et Calab., | ob amorem | patriae statuas | ornatai porticus | posuit.

Canusii (IX 329 vidit Hirschfeld).

5558 C. Plotius Cissi l. Princeps | insulis emptis cryptam | et porticum d. s. p. fecit.

Carthagine nova Hispaniae (II 3428 ad exemplum potissimum Bibrani).

5559 [p]orticus triu[m]phi itu et re[di]tu octies se[m]is efficit pas-sus ∞.

Romae (VI 29776 semel descripta). Similes sunt fueruntve tituli Tiburtinus XIV 3695^a cf. Eph. ep. 7, 1261, Baianus Eph. ep. 8, 574. Porticum hanc privatam fuisse apparet.

Ad porticus urbis Romae pertinent etiam N. 621. 622.

5560 Baebia T. f. [Bas]silla calchidicum municipibus suis dedit.

Velesiae rep., est Parmae (XI 1189 vidit Bormann).

Chalcidica habes etiam supra N. 3785. 3784, infra N. 3616.

5560^a L. Abullius Dexter¹ | [chal]cidicum, porticum, macellum [cum | or]namentis loco et pecunia sua [fec.].

Aeserniae (IX 2653^a partem dimidiam vidit Dressel). Gemellus est titulus IX 2655. — 1) Idem memoratur IX 2595. 2654. 2655. — 2) porticum, chalcidicum t. gemellus IX 2655.

5561 (versus quinque integri et duo dimidii erasi)¹ M. Antonio | A. Postumio cos.² | Heisce mag. murum ab gradu ad calcidic. et calcidicum | et portic. ante culin. long. p. ³ | et signa marm. Cast. et Pol. | et loc. privat.⁴ de stipe Dian. | emendum⁵ [et f]aciendum⁵ | coeraver[e].

Capuae rep., est Neapoli (I 569. X 3781. Ritschl tab. LXIII d). — 1) Fuisse hic nomina magistrorum duodecim, ut in titulis similibus N. 3485. 3540. 3597. 3770. 3754, apparet; sed cur erasa sint, incertum. — 2) A. u. c. 655. — 3) Spatium vacuum. — 4) Loca privata. — 5) Emerunt nempe loca privata, fecerunt opera supra scripta.

5562 P. Barronius Barba | aed. cur. grados refecit.

Romae rep. in alveo Tiberis prope effluuium cloacae maxinae (VI 34602 = Eph. epigr. 4, 844 viderunt Hensen et Huelsen). — Propter formam litterarum ultimis liberae rei publicae temporibus attribuunt qui viderunt.

5563 M. Aulius M. l. | Eros | gradum dedit | maceriamque | refecit, mag.¹ suo d.

Prope Lunam rep. (XI 1352 vidit Bormann). — 1) Magisterio.